Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift

benedixit. qua domus illarum aspergi ius-
sit. ac egrotantibus potandum transmisit.
que cito diuina donante misericordia con-
ualuere. nec ulla in eo monasterio predicta
peste exinde moriebatur.
[C]ontigit cuidam patri familias et domui
sue dira demoniace inlusionis temptatio-
ita ut aperte malignus in ea domo spiritus ex
horrore et maleficiis habitare agnosce-
retur. Nam subito cibos uel uestimenta
uel alia domui necessaria rapere solebat.
et in ignem mittere. Sed et paruulum int(er)
amplexus parentum pausantem illis
dormientibus tulit et in ignem proiecit.
Sed uagitu infantis parentes suscitati uix
paruulum de incendio eruerunt. et mul-
ta atrocia eadem familia a nefando spiritu
perpessa est. nec a quolibet presbiterorum
depelli potuit. donec uir sanctus uuillibrordus
a patre familias postulatus aquam illis
benedictam direxerat. precipiens omne
domus illius suppellectile foras ferri. et a-
qua illa aspergi. predicens in spiritu domum
flammis consumendam esse. Quibus ita
gestis uacuam domum a loco lectuli ignis
inuasit. totumque consumpsit. Altera ue-
ro die in eo loco cum sanctificatione aque be-
nedicte domo edificata nichil exinde